

Abdruck

zweier,

auf die frühere Geschichte des Deutschen Ordens und insbesondere seine
Verhältnisse in Palästina Bezug habenden

U R K U N D E N ,


bei Gelegenheit

eines

T m t s - *S* t b e f f e f t e s

herausgegeben.

Her. 42, 693.



R I G A ,

gedruckt bei Wilhelm Ferdinand Häcker,

1844.

Der Druck wird unter den gesetzlichen Bedingungen gestattet.

Riga, am 5. November 1844.

J. Newerow, Censor.

Est. A



Dem Hochwürdigen

Herrn Propsten des Walkschen Sprengels und Assessorn des
Kaiserlichen Livländischen Evangelisch-Lutherischen
Provincial-Consistoriums,

D^r. Christoph Heinrich Otto
Birgensohn,

Predigern zu Marienburg und Seltinghof in Livland, Mitgliede der Aller-
höchst bestätigten Gesellschaft für Geschichte und Alterthumskunde der
deutschen Ostsee-Gouvernements Russlands und der lettisch-literarischen
Gesellschaft,

seinem lieben Freunde und Bruder,

am 30. November 1844,

als

dem Tage Seiner **25jährigen** Amtsführung,

zum

Zeichen herzlichster Theilnahme

gewidmet

vom

Herausgeber.

Die hier in getreuem Abdrucke gelieferten Urkunden dienen zur Erläuterung frühester, geschichtlicher Verhältnisse des einst auch in unserm Vaterlande herrschenden Deutschen Ritterordens, die erste insbesondere zur Bestätigung meiner in Bunge's Archiv Bd. III. Heft 2. aufgestellten Behauptung, daß Kaiser Friedrich's II. zweite Gemahlin Jolante in Urkunden unter dem Namen Isabelle vorkommt, und als Fortsetzung des von mir bei einer andern festlichen Gelegenheit gelieferten Abdruckes eines Privilegiums dieses Kaisers für den genannten Orden, welches in ihr noch bekräftigt wird. Sie dürften beide dem genauern Erforscher des Alterthums, dem Liebhaber der Profan-, wie der Kirchengeschichte, eines Blickes werth sein.

Dr. Napiersky.

Zwei Urkunden:

1) *der Kaiserin Isabella zur Genehmigung und Bestätigung der von ihrem Gemahl, Kaiser Friedrich II., dem Deutschen Orden in Jerusalem verliehenen Privilegien und Schenkungen, d. d. im Monat Januar 1226; — 2) des erwählten römischen Königs Konrad zur Erneuerung und Bestätigung des von seinem Vater, Kaiser Friedrich II., zu Ravenna im December 1231 ausgestellten Privilegiums, worin dieser dem Deutschen Orden auf Bitte des Hochmeisters desselben, Hermann von Salza, ein unbebautes Stück Land in der Feldmark der Stadt Akkon schenkt, d. d. Nürnberg im Monat December 1243, — in einem Transsumpte d. d. Wien, den 5. Februar 1393.*

(Vergl. Index corp. hist. dipl. Liv. I. 124. nro 492. und G. F. v. Bunge's Archiv für die Geschichte Liv-, Esth- und Curlands Bd. III. Heft 2. — *Die zweite der transsumirten Urkunden steht abgedruckt in Raimundi Duellii hist. ord. equit. Teuton. Viennae 1727. fol. pag. 7., s. J. F. Böhmer's Regesta regum atque imperatorum Romanorum 911—1313. Frankfurt a. M. 1831. 4. S. 207.*)

JOHANNES HÜBNER Ratisponensis et Patauiensis Ecclesiarum Canonicus officialis Curie Patauiensis Vniuersis et singulis ad quos presentes peruenierint Salutem et sinceram in domino caritatem Quia honorabilis et Religiosus Vir dominus Michael Commendator domus fratrum Theutunicorum in Vienna Patauiensis diocesis nobis duas patentes litteras in pergameni conscriptas vnam videlicet pie recordacionis domine Ysabelis (*sic*) dei gracia Romanorum Imperatricis serenissime semper Auguste Jherusalem et Sicilie Regine Sigillo eius rotundo de cera rubea intus et

extra in filis sericis rubei et gilui coloris impendente sigillatas In cuius Sigilli medio apparebat depicta ymago Imperatricis diademate coronata in sede maiestatis sedens dexteram manum eleuatam et pomum habens imperiale in sinistra vero manu eciam eleuata sceptrum in modum lilij uidebatur deferre Littere autem circumferenciales eiusdem Sigilli sic legentur Ysabel dei gracia Romanorum Imperatrix semper Augusta Irlm et Sicilie Regina Aliam vero litteram bone memorie olim Serenissimi domini domini Conradi diui Augusti Imperatoris Friderici filii dei gracia Romanorum in regem electi semper Augusti ac heredis regni Irlmitanij eius Sigillo rotundo de cera communi ab intus et extra in filis sericis rubei et gilui coloris impendente sigillatam in cuius sigilli medio erat depicta ymago regalis coronata sedens in sede maiestatis habens in dextera manu eleuata sceptrum regale in superiori parte ad modum lilij formatum, in sinistra autem eius manu similiter pomum et desuper crucem videbatur deferre, Littere uero circumferenciales ipsius sigilli sic legi poterant † Conradus diui Aug⁹ti imp^{ris} frid^{ici} filij dⁱ gra Romanor. ī regē electo, sanas et integras non viciatas neque corruptas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes presentauit petens humiliter et attente suo ac domus fratrum Theutunicorum predictorum nominibus quatinus litteras prefatas de verbo ad uerbum transumi transcribi et exemplari fideliter ac in publicam formam redigi faceremus et decretum nostrum ac auctoritatem ordinariam huiusmodi transumpto interponeremus ut ipsi transumpto tamquam dictis litteris originalibus in iudicijs et extra firmiter staretur in antea et adhiberetur plena fides Presertim cum dicte littere originales propter diuersa viarum discrimina et pericula ad loca oportuna hincinde deferri non possint, Quas quidem litteras per nos receptas diligenter visas inspectas et auscultatas per notarium publicum infrascriptum sicut petitum extiterat transumi transcribi et fideliter de uerbo ad uerbum nil addendo uel minuendo quod sensum mutet seu viciet intellectum ac in publicam formam redigi sicut petitum extiterat mandauimus ac decretum et

auctoritatem ordinariam huiusmodi transumpto interposuimus et tenore presencium interponimus ut ipsi transumpto seu exemplari in antea in iudicijs et extra firmiter stetur et adhibeatur plena fides, Tenor vero dictarum litterarum et primo prime per omnia dinoscitur esse talis **Ysa-bella** dei gracia Romanorum Imperatrix semper Augusta Irlm et Sicilie Regina, Per presens scriptum notum facimus omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod dominus et vir noster dominus **Fri-dericus** dei gracia excellentissimus Romanorum Imperator semper **Augu-stus** Irlm et Sicilie Rex illustris vna cum assensu et gratuita voluntate nostra et concessit et confirmavit sacre domui sancte Marie Theutunicorum in Irlm omnia priuilegia et scripta quelibet que a predecessibus et parentibus nostris clare memorie fuerunt eidem domui pia liberalitate concessa, nec non insuper castra casalia homines et possessiones que donatione regum concessione principum et oblacione fidelium siue quolibet alio iusto titulo est adepta uel in futurum poterit adipisci, Specialiter autem Castellum regis cum omnibus pertinencijs suis excepto casali **Ja-roth**, quod dictum Castellum regis olim Comes **Otto** de **Henneberk** et **Beatrix** vxor sua filia quondam pie memorie Comitis **Joczolini** et **Otto** eorum filius eidem domui vendiderunt et quicquid habebant et habere debebant in eodem Castello regis tenendum et possidendum sicut idem Comes et uxor sua et antecessores eorum tenuerunt et possiderunt libere et quiete, exceptis Assisijs Bisanciorum ad **Kathenam** accon assignatorum quas **Assisias** dictus Comes et vxor vendiderunt magistro et fratribus domus eiusdem et Magister et fratres remiserunt illustri regi patri nostro et successoribus suis Preterea praedictus dominus et vir noster de assensu et voluntate nostra remisit et relaxauit eidem domui Illam videlicet remissionem et quitacionem quam Magister et fratres domus eiusdem fecerant eidem regi patri nostro et successoribus suis super eo toto scilicet quod est ad presens in manibus sarracenorum tam in castris quam in casalibus hominibus et alijs tenementis cum fuerit a fidelibus acquisitum, quod


idem Magister et fratres ipsius domus emerant a predictis Comite et uxore Item dominus et vir noster concessit et confirmauit eis domum quandam apud Accon que fuerat Comitum Joczolini Item concessit et confirmauit eidem domui totam Barbacenam turres quoque muros et fossatum a metha porprisie quam Henricus Treter Comes Palatinus vna cum assensu domine Ysabelle vxoris sue illustris quondam regis Almerici filie in perpetuam Elemosinam eidem domui concessit vsque ad portam sancti Nicolaj Ea tamen condicione que in eiusdem concessionis priuilegio continetur, Item de concessione predicti domini viri nostri indulte sunt ipsi domui quedam immunitates que in Imperiali priuilegio cum predictis omnibus plenius continentur, Vt autem huius concessionis et confirmacionis memoria perpetuo maneat inconcusso robore firmitatis presens scriptum fieri fecimus et tam subscriptis testibus quam bulla cerea typario nostre serenitatis impressa iussimus communiri Testes autem sunt Simon Venerabilis Tyrensis Archiepiscopus regni Jeresolimitani Cancellarius Balianus dominus Sydonis, Daniel de terra munde Nicolaus Gaynanus de cipro Gvido infans Gvido de Romav Rao de Patarcha Geruasius de Emav castello Johannes Pysanus Raymont grimant Gotfridus de Villers Gvido de Nubil et Magister Petrus medicus noster fideles nostri regni Jerosolimitani, Actum est hoc Anno ab incarnatione domini Millesimo ducentesimo vicesimo sexto Mense Januario quarta decima Indiccionem, Datum per manus Symonis Tirenensis Archiepiscopi regni Jerosolimitani Cancellarij Regnante domina nostra YSabella dei gracia Romanorum Imperatrice semper Augusta Jerusalem et Sicilie Regina Imperij eius et utriusque regni Jerosolimitani et Sicilie Anno primo feliciter Amen

Tenor vero secunde littere per omnia sequitur in hec verba **Conradus** diui Augusti Imperatoris friderici filius dei gracia Romanorum in regem electus semper Augustus et heres regni Jerosolimitani Per presens scriptum notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris quod venerabiles fratres Hospitalis sancte Marie domus Theutunicorum in Irlm

dilecti nobis subscriptum priuilegium indultum eis a domino patre nostro Friderico Romanorum Imperatore serenissimo semper Augusto nostre excellencie presentarunt deuote supplicantes ut idem priuilegium innouare ratum habere et confirmare de nostra gracia dignaremur Huius itaque priuilegij tenor per omnia talis erat, Fridericus dei gracia Romanorum Imperator et semper Augustus Jerusalem et Sicilie Rex Gratum offertur altissimo nostre liberalitatis obsequium et in retribucionis eterne meritorio digna nobis recompensacione seruatur cum munificenciam nostram ad loca diuino cultui deputata porrigimus et ipsorum commoditatibus prouidemus, Inde est igitur quod cum Frater Hermannus Magister hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Irlm fidelis noster celsitudini nostre humiliter supplicauit quatinus quandam terram incultam curie in territorio Ciuitatis nostre Acconis de qua nulla curie proueniebat vtilitas subscriptis circumiacentem finibus de orto videlicet Acconensis episcopi usque ad terminos terre Jenvensium et alio latere de via que ducit ad Saphat vsque ad fluuium eidem hospitali sancte Marie Theutonicorum concedere et donare de nostra gracia dignaremur, Nos attendentes grata et deuota seruicia dicti Magistri et qualiter ipse et ceteri fratres predicti hospitalis in personis et bonis eorum sint ad nostra seruicia expositi et parati quam potenter et viriliter ad honorem crucis in partibus Sirie inimicis fidei se opponant Considerantes insuper quod alie terre curie nostre inculte predicte terre contigue simili exemplo poterunt laborari et fieri nostre Curie fructuose, Ad supplicacionem eiusdem Magistri predictam terram prenotatis finibus designatam memorato hospitali sancte Marie Theutonicorum in Irlm de munificencie nostre gracia perpetuo concedimus et donamus, Vt autem hec nostra concessio eidem hospitali conseruetur omni tempore inconcussa presens priuilegium fieri fecimus et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus insigniri, Huius autem rei testes sunt Balianus dominus Sydonis Otto de Monte beliaro regni Irosolimitani comestabulus Warnerus Theutonicus, Frater terrisius preceptor domorum hospitalis

sancti Johannis in Apulia Zacharias Senescalcus Antiochiensis Thomas Comes Accerr., Manfridus Marchio lanza Berrardus Comes loreti Richardus Camerarius et alij quam plures, Acta sunt hec anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo Tricesimo primo Mense decembri quinde Indiccione Imperante domino nostro friderico dei gracia inuictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto Irlm et Sicilie rege Anno Imperii duodecimo regni Irlm septimo regni uero Sicilie tricesimo quarto Amen Datum Rauē Anno Mense Indiccione prescriptis Nos igitur deuotis supplicationibus predictorum fratrum qui semper fide sincera domino patri nostro nobis et Imperio laudabiliter adhererunt et ad exaltacionem nostri nominis et honoris frequenter aspirant fauorabiliter annuentes memoratum priuilegium de uerbo ad uerbum transcriptum presenti priuilegio nostro inseri iussimus Vniuersa et singula que continentur in ipso innouamus ratificamus et pro salute paterna et remedio peccatorum carissime matris nostre Clare memorie liberaliter confirmamus, Statuentes ne quis contra eiusdem priuilegij tenorem aliquatenus venire presumat Vt autem huius facti nostri euidencia perpetuum robur obtineat firmitatis presens scriptum fieri et sigillo nostri culminis iussimus roborari, Huius itaque rei testes sunt Heinricus venerabilis Babengergeñ (*sic*) Electus Magister Philippus decretorum doctor Rindesmulus custos Babenbergeñ Godefridus et Conradus fratres de Hohenlo Conradus de Smidelueld Vlricus de Chunigstein et alij quam plures Actum anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo tercio Mense Decembri Indiccione secunda Datum apud Nörenberg Anno Mense Indiccione prescriptis In cuius rei euidens testimonium presentes litteras seu presens transumptum per notarium publicum infra scriptum scribi et publicari mandauimus nostrique Sigilli fecimus appensione roborari Acta sunt hec Wienne patauiensis diocesis in domo nostre habitacionis Anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Tercio Indiccione prima die uero quinto Mensis Februarij hora quasi nonarum Pontificatus Sanctissimi in cristo patris ac domini nostri domini Bonifacij

diuina prouidencia pape noni anno quarto presentibus Venerabilibus et circumspectis viris dominis Ottone de layming Johanne de Regen Canonicis Ecclesie ac Johanne Sakch clerico Patauiensi, testibus ad premissa specialiter vocatis et Rogatis



Et ego Symon quondam Vlrici de Ruerding clericus Patauiensis diocesis Publicus Imperiali auctoritate Notarius Quia prefatarum litterarum Presentacioni receptioni inspeccioni requisicioni et tradicioni ac decreti interposicioni omnibusque alijs et singulis dum sic ut premittitur fierent et agerentur Vna cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri uidi et audiui Ideo de mandato prefati domini Johannis Hübner Officialis prefatas litteras me alijs arduis occupato negocijs per alium fidelem transumi copiari et exemplari feci, nil addendo uel minuendo, quod sensum mutet seu viciet intellectum, ipsasque litteras originales cum presenti transumpto, plenarie, collacione preuia, concordare, nichilque additum esse uel diminutum, inueni, publicauit et in hanc publicam formam redigi, hincque me manu mea propria subscripsi, ac Signo et nomine meis solitis et consuetis vnacum appensione sigilli prefati

domini Johannis Hübner consignavi rogatus
et requisitus in fidem et testimonium omnium
et singulorum premissorum

Praemissam hanc copiam cum vero suo originali in Tabulario Sanctiore Regni
Prussiae existente verbotenus convenire, addresso sigillo Archivi ideo requisitus testor.
Regiomonti d. XXII. Sept. MDCCCX.

(L. S.)

Car: Faber

S. R. M. Archiv. int.

